

Joannis Luccari Stanislaus Kostka drama sacrum

Neven Jovanović, Filozofski fakultet Sveučilišta u Zagrebu

30. prosinca 2022.

Index

1	CLARISSIMIS, NOBILISSIMISQUE COLLEGII PTOLAEMEI ADOLESCENTIBUS, D. C. S. J. FELICITATEM.	5
2	DRAMATIS ARGUMENTVM.	6
3	RAINERIIUS CARSUGHIUS SOCIETATIS JESU In Provinciâ Romanâ PRÆPOSITUS Provincialis.	7
4	Imprimatur,	7
5	Imprimatur,	7
6	ACTORES	7
7	STANISLAUS DRAMA.	8
7.1	PROLOGUS.	8
7.2	ACTUS PRIMUS	10
7.2.1	SCENA PRIMA.	10
7.2.2	SCENA SECUNDA.	14
7.2.3	SCENA TERTIA.	16
7.2.4	SCENA QUARTA.	19
7.2.5	SCENA QUINTA.	21
7.3	ACTUS SECUNDUS	24
7.3.1	SCENA PRIMA.	24
7.3.2	SCENA SECUNDA.	27
7.3.3	SCENA TERTIA.	29
7.3.4	SCENA QUARTA.	31

7.3.5	SCENA QUINTA.	34
7.4	ACTUS TERTIUS	36
7.4.1	SCENA PRIMA.	36
7.4.2	SCENA SECUNDA.	39
7.4.3	SCENA TERTIA.	40
7.4.4	SCENA QUARTA.	41
7.4.5	SCENA QUINTA.	42
7.4.6	SCENA SESTA.	43

Fons: Luccarus, Joannes. Stanislaus Kostka drama sacrum. Authore P. Joanne Luccaro societ. Jesu. Romae : ex officina Cajetani Zenobii typographi, & scalptoris sanctiss. D.N. Clementis XI. prope sanctum Ignatium, 1709. [archive.org](#)

Haec editio: edidit Neven Jovanović, publici iuris fecit Facultas philosophica Universitatis Zagradiensis.

Zenodo: TBA

Nonobstantibus ceteris condicionibus hunc textum tractare licet secundum Creative Commons Attribution 4.0 International.

STANISLAUS KOSTKA DRAMA SACRUM.
AUTHORE P. JOANNE LUCCARO SOCIET. JESU
ROMAE, MDCCIX.
Ex officina Cajetani Zenobii Typographi, & Sculptoris Sanctiss. D. N.
Clementis XI prope Sanctum IGNATIUM.
SUPERIORUM FACULTATE.

1 CLARISSIMIS, NOBILISSIMISQUE COLLEGII PTOLAEMEI ADOLESCENTIBUS, D. C. S. J. FELICITATEM.

CUM primùm divelli à Vobis, Adolefcentes ornatiffimi, eamque quam, & colitis, & ornatis inclytam Nomine, atque Ingeniis Urbem linquere, valetudinis causâ debui; eâ altè Animo meo cogitatio inhæfit, ut si quid ufpiam occurreret, unde extare aliqua obsequii erga Vos mei significatio posset, non arriperem modo, verum etiam & amplecterer, & exocularer. Quid enim jucundius mihi, aut optatius accideret, qua si munusculo aliquo gratiam Vobis inirem, quos non Hetruria solum elegantiarum Parens optima, sed univerfa quodammodo colit Italia, fuspicitque. Hæc autem cum ego mecum agitarem, opemque ad id à Familiaribus meis, & confilium poscerem; oblatum mihi forte fuit hoc Drama quòd vobis nuncupo, atque è rè fore infinuatum, si vestris illud auspiciis, meaque operà prodiret in lucem. Duo quippe erant, quæ commendare vobis donum, meumque in vos vestraque omnia ftudium apprime possent; alterum nimirum Dramatis argumentum : alterum Author. Nam ad primum quòd attinet, quid deniquè nobiliffimis, pietatisque ftudiofiffimis Adolefcentibus offerri opportunius posset, quam clariffimus quidem genere, sed longe pietate, moribusque clarior Adolefcens STANISLAUS KOSTKA? in cujus nimirum fingulari Modestia, generofitate, confantiâ, vestros ipse mores, vestras vendi, agendique rationes dignoscere possetis, tutèque diligere : Nam cum cætera, quæ in vos impense natura cõgesfit nominum vestrorum decora, cum aliis etiam communia habeatis: ea tamen quæ in vos ab optimo Vitæ cultu, pietatisque ftudio promanant, vobis profectò unis debetis; quomobrem vestrum non efse non potest quidquid illustre est, & cum pietate conjunctum. Jam verò, quod ad alterum pertinet, is Dramatis hujus est Author, qui cum nomine se suo tueatur ac vindicet, vobis quidem certè probabitur; quibus probari optima folèt. Quis enim P. Ioannem Luccari Societatis nostræ Virum omni bonarum artium cultu perpolitum, diùque in hoc Collegii Romani Athæneo Rethoricæ facultatis Præceptorem optimum de nomine faltem non noverit? Enimverò, si quisquam alius, tantam ipse est apud optimum quemque politioris præfertim litteraturæ famam, opinionemque afsecutus, ut literariæ Reipublicæ interefse plurimum sapiens quilibet judicaverit si aliquid ab illo exaratum typis committeretur. At quod nunc oculis creditur, etfi leve robustioris ingenii rudimentum est (vix enim trigefimum ætatis annum Author impleverat cum hoc Drama conscripfit) habet tamen, quibus Atticis probetur, placeat auribus, Veneres non exiguas. Quæ quidem omnia, cum præfertim accederet hominum

eruditiffimorum fuffragium, permoverunt me ut ab optimo fene quocum ego verfari fæpe foleo, Drama hoc, quod vobis infcriberem, non polcerem modo, verùm etiam efflagitarem; & quamvis (quæ eft ipfius modestia fingularis) id ipfe, femel, iterum, tertio refugerit: indulgit denique precibus hoc meis; & quotidiano, quod Quintilianus aiebat, convicio ceffit.

Vos ergo lectiffimi juvenes, excipite eà qua foletis benevolentia, atque humanitate obfequii erga vos mei monumentum hoc qualecumque, atque in ipfo, & Animum in vos meum, & alacre Auctoris ingenium, & pictos affabrè Stanislai mores Sanctiffimos, & quod caput eft, veftram in Stanislaum pietatem, in Authorem, opinionem, in me comitatem probate. Valete.

Romæ ex Collegio Romano Kalendis Februarii 1709.

2 DRAMATIS ARGUMENTVM.

STANISLAUS è clariffima KOSTKÆ in Polonia ftirpe ortus, ab ipfa Infantia pietati addictus, pietati crevit. Certus Deiparæ ope, & fuafu, Societati Jefu nomen dare, dum oportunitatem implendi confilii quærit, Viennam in celeberrimam Auftriæ Urbem cum Paulo Germano fuo, ftudiorum gratià à Parente miffus eft, & ab eodem Paulo, qui Stanislai moribus nullà tunc quidem ex parte confentiebat, divertere apud Lutherianum Hofpitum eft coactus. Nihil inde tamen periculi ipfius pietati creatum; nam & hofpitium bonis cæteroqui moribus inaufpicatum, Stanislai gloriæ ferviit, & Hofpes qui inficere illum Lutheriana lue, & prodromà luis voluptate omni ope tentaverat, robusta ejufdem modestia, caftimonià, coftantia victus, in Orthodoxorum castra cum Filiis fuis, abdicato molli Vitæ cultu, migravit. Paulus verò Fratrif, cùm præclaris facinoribus, tùm eximiâ in primis tolerantia permotus, meliorem ad frugem recepit fe. Stanislaus denique qui tanta geffit bella, dum bellum parat, clam fugã Romam verfus Coelicolum aufpicio molitus, voti compos eft factus inità Jefu Societate. Hinc Dramatis argumentum habes; quam verò apte argumento Drama refpondeat judicium penes te efto.

3 RAINERIUS CARSUGHIUS SOCIETATIS JESU In Provinciâ Romanâ PRÆPOSITUS Provincialis.

CUM Drama, cui titulus: STANISLAUS KOSTKA, a P. Joanne Luccaro nostræ Societatis Sacerdote conscriptū, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse, probaverint, potestate nobis à Re P. Nostro Michaeli Angelo Tamburini Præposito Generali, ad id traditā, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Cujus rei gratiā, has literas, manu nostra subscriptas, & figillo nostro munitas dedimus.

Romæ die 26. Januarii 1709. Rainerius Carsughius.

4 Imprimatur,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro. Sac. Palat. Apost. Dominicus de Zaulis Episc. Verulanus Viceger.

EX commissione Reverendissimi Patris Paulini Bernardinii Sac. Palatii Apostolici Magistri vidi Sacrum Drama ingeniosè, & concinnè elaboratum; cumque nihil contineat à Fide Catholica, & bonis moribus diffonum, immò pietatem, ac elegantiam redoleat, dignum censeo ut typis vulgetur. Datum Romæ in Collegio D. Thomæ apud SS. Vincentium, & Anastasium in Trivio die prima Februarii 1709.

Cajetanus Corazza Cler. Reg. Minorum Sacræ Theologie Lector.

5 Imprimatur,

Fr. Jo: Baptista Carus Magister, & Reverendiss. P. Paulini Bernardinii Sac. Apostol. Palat. Magistri Socius Ord. Præd.

6 ACTORES

IN PROLOGO

ESAU.

JACOB.

IN IPSO DRAMATI

B. STANISLAUS KOSTKA.

Paulus Stanislai Frater natu Major.
Nicander Conscientiæ Moderator.
Phyletes Morum Magifter.
Gormandus Lutheri Affecla.
Boemundus)
Cratillus) Gormandi Filii.
Pyraftes Chacodæmon Juvenis formofi fpecie.

7 STANISLAUS DRAMA.

7.1 PROLOGUS.

Efau, Jacob.

Es. ESau ferarum domitor, in fratrem fera;
Pretiofus emptor ille famulatus mei,
A patre natus degener, ab avo nepos;
Et, quo fuperbit nofter in pœnis dolor,
Tonantis odio dignus; invifum diem
Libare rurfus cogor, & Cœlum pati,
Quo fruitur hofitis frater. Etheraeæ domus
Inimica lucis ora percuffit nitor.
Juvat relabi noctis in cæcum chaos.
Tenebrofa ditis antra me minùs premunt,
Quàm regna fratris. Crucior infelix tuâ
Jacobe gravius forte, quàm flammis meis.
Redibo in umbras umbra: Tenarii lacus
Repetam paludes; Tenarum at mecum gero.
Ubique noftrum pœna comitatur fcelus:
Ubique culpa eft carnifex, vindex Deus.
Cruciatur Efau. Nulla fupplicio vacant
Momenta. Trifti corda pœnarum gero
Foecunda fobole. Pullulo in clades meas,
Pereoque femper umbra, quæ perii femel.
Neque hic malorū cumulus: in Cœlum ftygen
Transferre cogor. Fratris æternum decus
Me torquet, & me laniat. Est Jacob mihi
Cerberus, Erynnis, Hydra, Gorgoneum caput.
Ille mihi puero prælium indixit puer.
Palaeftra matris uterus ambobus fuit:

Utinam fuisset tumulus. Ego primas tuli.
 Extorfit ille jura primatus dolo,
 Fratremque lufit: dona præripuit Patris,
 Præripuit infuper aftra, præripuit Deum.
 Sed fugiat ipfe noxias Efau manus.
 Non fugiet unquam quifquis: inferfum fibi,
 Nocuumque, rectus ipfe, & innocuus potest
 Sentire fratrem. Clara Choftcarum domus.
 Ferax Dynaftis, grande Sarmatiæ decus
 Viget aucta geminis fratribus, difpar movet
 Utriufque mentem cura; quodque alter fugit,
 Sectatur alter: ftudia diverfos trahunt:
 Me major æmulatur; at fratrem minor:
 Illum voluptas laxat; hunc frænat pudor,
 Ibo ibo in odia Fratrum, & antiquum novo
 Cumulabo fcelere crimen, inveni viam,
 Qua fratris oculos vulnerem: hac pergat furor;
 Hac vincat Efau. Fratris in pœnas ruat
 Major minoris: plectat infontem Reus:
 Iniquus Æquum vexet, exagitet, premat.
 Sed heu quid ignes inter obrigui gelu?
 Quis me repente civis Afrorum fugat ?
 Jacobus eft: incœpta diffolvit mea,
 Dehifce tellus, fratris afpectum horreo.
Jac. Delapfus aula pacis, & Divum domo (a)¹
 Fœcundus Ifraël, atavus infantis Dei,
 Regumque felix genitor huc pacem Fero.
 Patuere fratris odia & audaces doli.
 Teneo quid intus agitet alieni otii
 Faftidiofus Animus, & quantam ftruat
 Choftchis ruinam. Nota fraus, nota eft manus.
 Libet ire contra: facibus eripiam tuis
 Devota Cœlo capita Fraternalis furor.
 Fratres tuebor Sarmatas. Pauli manu
 Choftchæ minoris eruam innocuum caput,
 Profugumque Juvenem ducam ad optatos lares,
 Ubi vota cordis expleat Jefu comes,
 Dapibusque facris frugis æternæ fatur
 Proludat aftris. Paulus interea truces
 Deponet æftus mentis, & fratrem induet,
 Cœli repente victima, & victor ftygis.

Meam ergo referet fuga Stanislai fugam;
At Paulus Esau stabile non refert scelus.
I nunc fuperbe livor, & fratrem feri.

7.2 ACTUS PRIMUS

7.2.1 SCENA PRIMA.

Gormandus Luteri affecla, Boemundus, Cratillus Gormandi filii.

Gor. Rofeum fepultis nunciat terris diem
Cristata volucris fluctibus erythræ caput
Promente Phœbo. Membra deftituit fopor,
Repetitque terras dura curarum Cohors.
Vos ufque fomnus urget, & nunquam fatis
Excutitis oculis noctem. Inoffenfos refert
Difficile greffus arduam quifquis terit
Sopore gravidus orbitam, & qui amat moras,
Divina cum res agitur, hic nunquam eft vigil.
Bo. Quorſum iſta genitor? Fare cur nondum tibi
Vigiles videmur? Noſtra quę tandem eft mora?
Divina quæ res agitur? In aperto eft nihil.
Gor. Luterus aptam ſtravit ad fuperos viam,
Et quod reliquit ipſe doctrinæ Jubar
Divina res eft. **Crat.** Nemo id in dubium vocet.
Gor. At vos vocatis **Crat.** Abſit. Eſt præceps falus,
Religio cum vacillat. **Bo.** Æternum perit
Quicumque veri ſemitam ignavus premat.
Gor. Vos premitis ignavi. Peregrinus puer (a)²
Cum Fratre adulto Sarmatum Argenti folo
Deductus huc, ut noſtis, & nuper mihi
Alite finiftro junctus hoſpitio, palam
Sacra execratur placita, quæ prompfit pio
Luterus ore. Jamque relligio viget
Romana noſtris laribus, & ſerpit lues,
Spectante me. Quid agimus ? haud ſemel fuit
Levis favilla ſpreta multorum roguſ.
Tam grave, priuſquam robore augetcat, malum
Opprimite, nam, ſi crefcat, heu quantam dabit

¹(a) Patriarcha Jacobus Cœlo delabitur fratris molimina deſtructurſ.

Segetem dolorum! Jura, Justitiam, Fidem
 Romanus ille morbus in pestem trahit.
 Ego jam feniles fronte contraxi notas,
 Genibusque titubo farcina annorum gravis.
 Ingenia Juvenum facilè non flectit fenex.
 Horret Juventus capitis effœti nives,
 Vos, o fenectæ dulce præfidium meæ, (a)³
 Vos junioris advenæ blandis modis
 Capere potestis pectus errorum tenax.
 Suadela dulcis unicè hunc petat scopum,
 Et blandientis oris huc tendat lepos,
 Ut infulato Præfidi obstrictam novæ
 Babylonis (utique nomen hoc Romam decet)
 Malefidus hic Polonus excutiat fidem,
 Avidoque totum corde luterum bibat. (b)⁴
Bo. Quæ prima Juvenis mente religio stetit
 Perfistet hæc extrema. Vix longus labor
 Evertit id, quod longa duravit dies.
Cra. Non sic profundi stirpe multiplici occupat
 Annosa quærcus fertile ingenium foli;
 Non sic adhæret corpori innatus vigor,
 Animoque corpus, hominis ut mente infident
 Cum lacte matris hausta majorum sacra,
 Sint penitus execranda. Nil tenacius
 Humana retinent corda, quàm superis fidem
 Semel obligatam. Pace jam dicam tua,
 Iusso facinori genitor haud fumus pares.
Gor. Est scilicet grande facinus, & ingens labor
 Puerile pectus vincere. **Crat.** Haud fecus reor.
 Pueros religio Patria Gygantes facit.
Gor. Faciat. Gygantum capita prostermit Deus.
Crat. Qui nempè pueri farmatæ votis favet.
Gor. Erras Cratille. Vota fortunat Deus
 Luterianæ fobolis. Infanda, horrida,
 Impia Tridenti jura, deliri fenes
 Quæ fomniarunt, odit Afrorum potens
 Dominator. **Crat.** Et nos odimus Hic hospes tamen
 Quæ jura dictis astruit, factis probat.
Gor. Improba probare facta jus nullum queunt.
Crat. Ratione quod fit improbum vocas Pater?
Gor. Sacra Vaticanæ legis, & Romæ fides

Ratione non probantur. **Crat.** Et tamen vigent.
 Quippè rationi confona, in speciem licet
 Adverfa. Sed quam fola, quæ falli poteft,
 Humana ratio firmat, Infirma eft fides.
 Religio Romula jactat Auctorem Deum.
 Ab Homine noſtra originē, & vitam trahit. (a)⁵
Gor. Allucinaris nate. Noſtra nititur
 Puris facratæ paginæ verbis fides,
 Quæ prompfit is, qui fallere haud poteft Deus.
 Nos illa rectè accipimus, ut fonant; malè
 Torquent Latini, & litteram occidunt, metu,
 Ne à littera occidantur. O præpoſteræ
 Stolidum timorem gentis! O dirum nefas
 Cenſere vitæ à pabulo exitium trahi!
 Jam quæ corona triplici inflatus jubet
 Romæ Tyrannus dogmata à cunctis coli,
 Recipique ceu Divina Chriſtiadum plagis,
 Ex parte magna parta ab hominibus nihil
 Cœleſte ſapiunt. Noſter his meritò fidem
 Luterus abrogavit, hæc nugas vocans. (a)⁶
 Vir ille porrò Saxonum æternum decus,
 Mentem ſuperno Flamine imbutus, novum,
 Cœloque fidum peperit in terris gregem,
 Ab Impiorum genere Secernens pios.
 His nullus angit corda venturæ timor
 Poſt fata fortis. Aftra jam tenent manu. (b)⁷
 Ea namque nullis debita operibus rati,
 Fidei fed uni pervia, expertes metu,
 Vacuique curis aureos ducunt dies.
Crat. Utcumque ſe res habeat, haud moror Pater
 Mihi Imperare, ut vocibus credam tuis.
 Luterianas flectere ad partes tamen
 Nec fratris hujus, verba nec poterunt mea
 Choſtcham minorem. Pectus in patria gerit
 Fide obſtinatum. Noſter incaſſum labor
 Fundetur, & pro laude ludibrium feret.
Bo. Deſiſte Frater Patris Imperio decet
 Parere natos, arduum quamvis opus
 Imperet: inaufum pectore animoſo nihil
 Relinque, Patris proſperè ut votum cadat.
Crat. Surdo Canemus fabulam. Immotus puer

Nos ad Latina potius adducet facra,
 Quàm noſtra prono pectore admittat. Rogo,
 Majus aliundè robur ut quæras, mihi
 Nulla ſuperandi Sarmatæ conſtat via (c)⁸
Gor. Viam docebo. Corda nil citius domat,
 Sectæque noſtræ ad Caſtra facilius trahit
 Quàm vita mollis. Fœda quod morbi lues juſ,
 Quod Sæva Martis ira, quod conſtans labor,
 Quod concitatæ plebis indomitus furor,
 Quod ipſe mortis horridæ haud poteſt rigor
 Frangere, voluptas frangit. Hęc validos Duces,
 Procereſque Celſos, quodque mireris magis,
 Rigida olentes jura Clauſtrorum Viros
 Vi præpotente vicit. Hęc illos gravi
 Preſſa Laterani præfulis Tyrannide
 Solvere coëgit colla, & ejus vindicem,
 Poſita priori mente, Luterum ſequi.
 Hac eſt petendus Advena. **Crat.** Inventū fagax
 Amplector alacris Nempè blanditiis potens (a)⁹
 Omnia voluptas vincit Hęc placet via,
 Per quam trahendum Sarmatam ad noſtrū gregem
 Et amovendum à Romula oftendis fide,
 Nam captioſis mollis illecebræ plagis
 Juventus, utpotè lubrica. in primis patet,
 Fideſque Vaticana non aliter poteſt,
 Quàm blanda per ſolatia in cladem trahi.
Gor. Sapis Cratille. **Crat.** Corda fed Pauli prius
 Tentanda judico. **Gor.** Stanislai pete
 Pectora. Pudoris Paulus excuffit Jugum,
 Jam jamque noſter eſt: voluptatem colit.
Crat Patris exequamur juſſa Boëmunde ocyus.
Bo. Mos tibi geretur genitor. Imbellis Puer
 Manus catenis mollibus victas dabit.
Gor. Abite celeres. Facinus haud patitur moras.

7.2.2 SCENA SECUNDA.

Gormandus, Chacodæmon voluptatis Inftinctor fub forma Juvenis.

Gor. Pars fccleris eft peracta, non totum fcelus.
Perge anime, & aliquid Fraude vulgari altius
Meditare. Caftę pertinax mentis pudor,
Animique vis invicta puerorum dolis
Non facilè fuccumbet. Stanislaum nequit
Juvenilis aftus flectere ingenii, nequit (a)¹⁰
Flectere fenilis. Fraudis infuetæ via.
Graffabor audax. Dexteram haud rudem affero
In damna, ftygii miles emeritus ducis.
Theffalica novi carmina, & quidquid foveat
Dirum, execrandum, peftilens, atrox, ferum
Jolcos, & Iberia venenorum ferax,
Verfare magicum turbinem, infernum chaos
Trifti ciere cantu, avernales aquas
Spargere, rubetæ Sanguine Draconis Jecur
Mifcere didici. Manibus haud femel meis
Eft de Sepulcris caprificus eruta,
Et mortuorum fufus in pateras cinis,
Arbitria ut hominum verterem ad nutus meos.
Hęc hęc malorum virga facinorum artifex,
Duri fatelles Imperj eft teftis meæ
Opulenta fraudis: hęc vel invitum traham
Ad vota Juvenem. Namque tergemini humum
Si cingat orbibus, illico erumpet malus
Acheronte ab imò turpis illecebræ parens.
Illum pudori Sarmata opponam tuo. (b)¹¹
Age virga quid cunctare? ter in Orbem ambula;

²(a) Increpat Hæreticus filiorum fegnitiem in caufa Luterianæ religionis.

³(a) Pater hæreticus hortatur filios, ut Stanislaum per Blanditias ad luterianam fectam alliciant.

⁴(b) Repugnant filii, & rei difficultatem oftendunt.

⁵(a) Pater hæreticus Catholicam fidem elevare conatur, & luterianam extollere.

⁶(a) Laudat Luterum.

⁷(b) Luteranorum opinio de imbecillitate operum, & unius fidei robore, & efficatia ad falutem animi acquirendam

⁸(c) Oftendit Pater hæreticus quanta fit vis, & potentia voluptatis ad corda hominum utcumque fortium emollienda, & filiis perfuadere conatur, ut Stanislaum, utpotè juvenem voluptati opportunum, ad illius profecutionem impellant.

⁹(a) Duo Juvenes patri affentiuntur, & operi ab eo iuffo fe accingunt.

Ter quate cita folum, fordidumq; ab inferis (c)¹²
 Libidinofae tabis auctorem excita,
 Huc o pudicæ mentis hofis pertinax,
 Tyranne blande cordium, cupidinis
 Pravi repertor, fæve dedecorum Faber,
 Dolofa Syren, callide pudoris latro,
 Huc concitatos Tartaro greffus move,
 Sed quæ ora fingis exhibe, non quæ geris.
 Deformis es, cruentus, immitis ferox,
 Ego te venuftum, blandulum, mitem volo.
 Dedifce naturam, oris inimici exue
 Fœda fimulacra, fraudibus & aptam tuis
 Mollire frontem. Pinge Juvenili genas
 Flore, rubicundus niteat in vultu color,
 Frontem ferenet purpura, oculorum vigor
 Certet pyropis. fluitet in labris lepos;
 Mentire ephœbum impuberem, quales foveat
 Vienenfis aula plurimos, gravius nocent
 Quæ blandienti tela vibrantur manu.
 Jam quid moraris? rumpe tenebrofam fpecum.
 Gormandus imperat, Erebo notum caput.
Chac. Adfum pudoris helluo, & mundi lues, (a)¹³
 Cujus fuperbis turba mortalis flagrat
 Exufta facibus, corda cui Regum litant,
 Cui fpontè falces Cæfares curuant fuos.
 Quid imperat Gormandus? **Gor.** Ignibus tuis
 Inimicus ignis tecta populatur mea,
 Luteri & intra parietes viget pudor,
 Fidefque Romula. Caufa præfentis mali
 Eft mihi Polonus hofpes, ex geminis minor
 De ftirpe Regum fratribus. Choftcas vocant.
 Ille ille tumidus nivibus incedens fuis
 De te triumphat, & fuperbifico pede
 Tua tela calcat victor: Ah tantum probrum
 Depelle. Vinci pudeat imbelli manu,
 Quem fulminante dextera victum pudet.
Chac. Impunè nemo tela contempfit mea.
 Habet hoc voluptas mollis, ut majus trahat (b)¹⁴
 E cæde robur. Vulnere haud ullo perit
 Hæc Excetra novis ufque capitibus ferax.
 In homine tamdiù voluptati eft locus,

Vitalis auræ spiritum donec bibit.
 Meo Gygantes capita subijciunt Jugo:
 Mihi fervit orbis. Nostra vitarit femel
 Polonus iste tela, non semper dolos
 Fugiet latentes **Gor.** Perge, te comitem meis (a)¹⁵
 Adjunge natis. Funde pellacem sonum,
 Et blanda ab ore verba versuto fluant.
 Incumbe in artus undique, atq; omnem explica
 Turbam leporum. Regna formati petit
 Fraus ista. Nam Luterus hac Serpens via
 In frusta grande Teutonum imperium scidit.
Chac. Bene ominaris. Regna nil citius fecat,
 Quàm fecta discors. **Gor.** Perge jam bellū vocat.

7.2.3 SCENA TERTIA.

Paulus, Stanislaus, Phyletes Magister morum.

Pa. Pomifer amēnos retulit autumnus dies, (b)¹⁶
 Qui nostra tandem colla Palladio jugo
 Gravata recreent. Corda jam curis levet
 Libera Juventus. Nulla luminibus fugent
 Reducem soporem studia. Certatum fatis
 Est erudito in pulvere, & fudoribus
 Sat paginæ maduere. Sollicitam Diu
 Frontem explicemus, & minervalem procul
 Curam exigamus. Proterit dies diem,
 Tumulatur annus, pristinos bruma imminens
 Referet labores. Ergo dum tempus favet;
 Pomona dum luxuriat, arbores replens (c)¹⁷
 Nemus omne foetu; & languido arentem finu
 Permulcet auræ grata temperies humum,
 Reficitque lentus humor irrigui Jovis.
 Arcente flammæ torridi Erigone canis;

¹⁰(a) Hæreticus parum fidens puerorum ingeniis convertit se ad opera magicæ artis, qua erat instructus.

¹¹(b) Virga magica tres format in pavimento circulos.

¹²(c) Ter virga percutit humum.

¹³(a) Prodit ab inferis Chacodæmon decori Juvenis formam affimulans, ut erat juffus à mago.

¹⁴(b) Chacodemon suas vires jactabundus extollit.

¹⁵(a) Exponit Magus quid fieri velit à Dæmone.

Dum geftientis inſolens amœnitas
 Telluris, & benignus aſtrorum nitor
 Jucunda nos allectat ad folatia.
 Servire genio libeat, & donis frui
 Ætatis, & naturæ . In Auguſto foro (a)¹⁸
 Levis hiſtrionum turba , permitti fenes
 Juvenibus hodiè ludicri ad populum dabunt
 Scenam Theatri. Læta ludentum cohors
 Luctum cothurno amabilem, ſocco jocum
 Hilarem ciebit, exprimens rerum vices,
 Hominumque mores. Edet argutum melos
 Chorus, agilique tundet Orcheſtram pede,
 Modulante plectri murmure effuſos gradus.
 Par eſt, ut illuc noſtra referatur quies, (b)¹⁹
 Quo tota certatim unda popularis fluet.
Sta. Falle otium frater alibi, & mentem exue:
 Tulit in Theatris ſæpè naufragium pudor.
 Ad ſacra potius templa vertamus gradus,
 Ubi ritè regnat cereas inter faces
 Parvæ ſub orbe cereris incluſus Deus.
 Is noſtra melius otia excipiet locus.
Pa. Quid uſque perſtas durus, intractabilis
 Optata votis ludere adverſis mea? (c)²⁰
 Patent in horas templa; non tamen patent
 Theatra in horas. Ludicra quotannis ſemel
 Spectacula celebrantur auguſto in foro,
 Queis deſtinatur lucis hodiernę jubar.
Sta. Lucis hodiernæ deſtino templis jubar. (d)²¹
Pa. Qui neſcit uti, dum licet, vitæ bonis.
 Is ante mortem moritur. **Sta.** O dictum benè!
 Placet ante mortem occumbere, ut nunquam occidam.
 Non ſæva mortis tela properâtis pavet
 Quicumque vivus fata prævertit ſua,
 Periitque Mundo ſpontè, ne pereat Deo.
Pa. Tu morere, ſi mors placuit, & vivus tuo
 Prolude tumulo, Libera, & felix meo
 Arridet animo vita. Stultitiæ eſt genus
 Felicitate nolle, ſi poſſis. frui. (a)²²
Sta. Felicitas eſt Animus à labe integer.
Pa. Felicitas eſt liberæ mentis vigor.
Sta. Qui ſibi ſcit imperare liberum puto.

Pa. Violenta qui fibi imperat, fervit fuæ
 Acerbitati, fitque per pœnas miser.

Sta. His vera pœnis constat in terris quies.
 Emiturque in axe palma, quæ semper viret.
 Laboriofis usque muneribus patet
 Superna, quæ vim patitur, aëtrorum domus
 Animosque fegnes arcet. **Pa.** Hæc à tristibus
 Sata cœnobitis dogmata fequantur fenes,
 Florem Juventæ dedecent: curas graves,
 Omnemque noſtræ renuit ætatis tenor
 Aufteritatis tetricæ acrimoniam.

Sta. Virtute Juvenes indigent æquè ac fenes,
 Laudemque Senio ftrenua juvenus parit.
 Quod quifque didicit Juvenis, id retinet fenex.

Pa. Curare quid retineat annorum caput,
 Jamque Libitinæ proximum eſt vanus labor.
 Præſentis horæ capere nos donum decet;
 Et ad theatra tendere hoc juvat die.

Sta. Perennis ævi quærere inſtanter bona,
 Et hoc adire templa nos juvat die.
 Damnum è theatris trahitur, è templis lucrum.

Pa. Jam parce verbis, quæque germanus jubet
 Ætate major, fequere germanus minor.

Sta. Si recta frater imperes major, fequar.

Pa. Jucunda major impero. **Sta.** Vetat Deus.

Pa. Mortalium vis facere tortorem Deum?

Sta. Eſt ille tortor mitis, & nocua fecans
 Chirurgi ad inſtar ulcera, ægrotis opem
 Accelerat animis, quoſque ab hominibus premi
 Sinit, & acerbæ fortis affiduis quati.
 Pulſibus, amicè recreat; atque inopum bibit
 Miſerante fletus ore. **Pa.** Rumpamus moras.
 Certum eſt theatra petere: præcedam prior.
 Iſtum Phyleta vel reluctantem trahe.

Phyl. Animum coërce Paule, quæ frater monet,
 Meliora velut, & confona ambobus probo.
 Plerumque ſcenica pompa nil fanum parit.
 Blanditur oculis illa; fed mentem gravi
 Percellit ictu; quippè dum vaſer mala
 Imitatur Hiſtrio crimina, in crimen trahit
 Spectantis animum. Quiſquis alienum exprimit

Quocumque nomine vitium, errare is docet.
Pa. Canis ista furdus auribus. Pergam. Vale (a)²³
Phyl. Ah Paule Paule comprime ferocem impetum
 Fugit fagittæ more. Fugientem sequar, (b)²⁴
 Ne fortè fibi relictus in præceps ruat.

7.2.4 SCENA QUARTA.

Stanislaus, Boemundus, Cratillus.

Sta. ABiere: nemo est. Solus erumnas meas (c)²⁵
 Mecum ipse recolam Parce si tecum querat*?*
 Jefe meorum meta votorum ultima.
 Cur frater à me pectus alienum gerit?
 Cur me pudori cogit infensos lares
 Colere, ubi turpis habitat errorum lues?
 Sed alacris æquo perfero hæc animo mala,
 Et acriorem cupio preffuram pati,
 Tenaciori vinculo ut jungar tibi
 Ardor pudici pectoris, amantum quies.
Bo. Cratille nostris ausibus casus dedit
 Tempus, locumque idoneum, utendum artibus:
 En solus est. **Sta.** Meas quis abrumpit preces?
 Boemundus, & Cratillus huc tendunt gradus.
Bo. Salve ó Lechiadum palmes illustres ducum.
Crat. Salve propago Principum, quos viftula
 Veneratur, Istro & Æmulus Boristhenes.
Sta. Salvete vos quoque Juvenes: quorum pedes
 Huc ferre placuit? Fronte quid curis gravem
 Præfertis animum? Num quid adversum accidit?
Bo. Tuæ salutis cura sollicitam tenet

¹⁶(b) Duorum fratrum mores diversi, & invicem oppositi per ipsorum verba exprimuntur.

¹⁷(c) Describitur autumnalis amicitia.

¹⁸a) Ludi scenici describuntur.

¹⁹(b) Ad eos ludos Paulus vult proficisci repugnante Stanislao, qui templa potius ipsis eundum esse contendit.

²⁰c) Increpatur Stanislaus à Paulo.

²¹(d) Perstat sententia Stanislai.

²²(a) Varia diffidia inter fratres.

²³a) Paulus Spreitis Phyletæ confiliis, & relicto fratre pergit ad ludos.

²⁴(b) Eum sequitur custodiæ causa Phyletes.

Utriusque mentem. **Sta.** Miror id monstri. Meae
 Salutis avidos vestra nil movet falus?
Bo. Movet. Sed animus noster in gremio fedet
 Placidæ quietis, nosque naturam ducem (a)²⁶
 Sectamur; & quos volucris annorum rota
 Involuet, inter lucra numeramus dies.
 Fruimur Juventæ flore, dum vernant genæ,
 Morosa donec fronte canities abest.
 Tū tibi rebellis optimum vitæ finis
 Effluere tempus. Nulla te mulcet quies.
 Oculis foporem denegas, ori dapem:
 Humeros flagello, latera dentato petis,
 Repetisque ferro. Siste violentum impetum;
 Placare naturæ, voluptati lita.
Sta. Levis hæc voluptas vulnus infligit grave.
 Volat illa vento citior, at vulnus fibras (b)²⁷
 Agit altè in imo pectore, nec unquam fatis
 Aboletur: hinc refidua perpetuò manet
 Veluti cicatrix labis infaustæ nota.
 Morari in una fede virgineus pudor
 Nequit, & voluptas. Mollia pudorem fugant,
 Pelluntque blandimenta, queis animos nocens
 Cupido lactat. Illa deficiunt brevi:
 Pudoris at vis nulla jacturam potest
 Reparare. Semel hic perditus nunquam redit.
Crat. Nihil opus est, ut redeat humanæ ferox
 Pudor iste mentis carnifex: procul trucem
 Abige Tyrannum corde. Si quoquam ferax
 Effet voluptas vulnere, haud illi facer
 Dediffet operam liberi ductor gregis
 Luterus, animum solve. Genialis joci
 Ingredere castra. Sequere Luterum Ducem.
Sta. Detestor, horreo, abdico, ejuro, execror
 Sonum nefandi nominis Christum sequar.
 Laboriosa Christus incedit via.
 Divina rigidum membra fulcavit flagrum: (a)²⁸
 Pupugit decoram textilis frontem dolor:
 Sacri cruorem pectoris mucro bibit,
 Fixitque gemina cuspis extensas manus.
Bo. Quàm vera narrat! **Cr.** Vera. Nil horum negat
 Luterus. **Sta.** Ergo cur voluptatem docet (b)²⁹

Alter Epicurus, & alter in terris Mames?
 Cur impudicæ Cypridi addictus fovet
 Alimenta luxus fœda & impuras faces?
 Sibi non cohæret nebulo. Nam pugnant fimul
 Triplici fateri cuspide affixum Cruci
 Humanæ amictu carnis indutum Deum;
 Perque repetita pocula, & opimas dapes
 Et per pudenda mille dedecorum probra
 Turpem falaci pectore erycinam fequi.
 Novus ifte doctor, & fimul nefarius
 Veterator, & corruptor in caufa gravi
 Prævaricatur: Nempè quam fummus palam,
 Et fuafit, & fuftinuit aſtrorum fator
 Commendat ore, damnat operibus Crucem.

7.2.5 SCENA QUINTA.

Chacodæmon voluptatis inſtinctor Boëmundus, Cratillus, Stanislaus.

Chac. FELix nimium qui præcipitis
 Memor ætatis molles inter (a)³⁰
 Vitæ illecebras dulcia carpit
 Poma Juventæ, nec follicito
 Pectore curas turbidus haurit,
 Nec per dubium virtutis iter
 Vagus ambiguus greffibus errat.
 Ævo celeri truditur ævum,
 Lapſa nec iterum fœcla recurrunt.
 Nunquam præſens hora reduxit
 Quidquid fugiens perdidit ætas.
 Ducite juvenes hilares annos,
 Et jucundæ præmia vitæ,
 Dum benè comptis crinibus aurum,
 Dum roſa viridi fronte ſuperbit.
 Pereat quifquis mente ſevera

²⁵(c) Staniflai affectus in Deum Servatorem.

²⁶(a) Duo fratres, Gormandi hæretici filii Stanislaum omnibus modis ad vitæ
jucunditatem, voluptatis uſuram hortantur.

²⁷Repugnat Stanislaus, & quam fit noxia voluptas oftendit.

²⁸(a) Exponuntur à Stanislao Chrifti Domina cruciatus.

²⁹(b) Luterus ſecumipſe pugnans oftenditur.

Tenerum vitæ fpernit aprilem,
Bo. Audin fodalis? Verba non hominem fonant.
Crat. Nos quidquid ante diximus ratum facit (b)³¹
 Ephœbus ille Vocis, & vultus notæ
 Superi fatentur effe Phonaſcum chori.
Sta. Erebi ftolata peftis in labris natat
 Pueri procacis. Fictus in vultu eft lepos. (c)³²
 Stygium faterer incolam, humanam nifi
 Frontem referret: Quifquis eft, fœdum gerit
 Fallaci in ore virus, & gravidum dolis
 Eructat Acheronta. Fugite latentem luem. (a)³³
 Fugite veneno per litam Circes dapem.
Chac. Cur alterno morem in Salium
 Non pulfantur cava faxa pede? (b)³⁴
 Cur vocalis grata metalli
 Flamina ceſſant ? Cur dulcifonæ
 Murmura vocis non ingeminat
 Feſtiva Chelys ? Duc age cantus,
 Duc age choreas læta juventus.
 Voluant vigiles pectore curas,
 Quibus ætatis glacialis hyems
 Nive multiplici tempora ſparſit.
 Vos nectarei dona Lyei
 Plenis juvenes haurite Scyphis:
 Vos bis tyrio murice tinctas
 Sumite lanas: Vos in viridi
 Prato apricos carpите flores.
Bo. O dulce murmur! Flectere Hircanas poteſt (c)³⁵
 Vox illa tygres. Non tua parius lapis,
 Non durat adamas corda, non chalybs triplex,
 Non te nivofa caucasus rigens jugo,
 Non afra tumido protulit Syrtis vado;
 Nec tibi feroces ubera admorunt Leæ;
 Sed mite pectus tribuit, & mites genas
 Natura facilis. Excute alienam indolem
 Tener adoleſcens: utere ingenio tuo.
 Noli effe in omnes mitis, in te ipſum ferox.
 Mos iſte nunquam tigribus, aut lupis fuit;
 Suumque nulla vertit in corpus fera
 Rictus cruentos: fævit in diſpar leo,
 Sævitque pardus. diſce pietatem à feris.

Sta. In me trifulcas ante jaculetur faces
 Gravatus æther, meque tenarius prius (a)³⁶
 Abfumat ignis, quàm tibi aspergam notam
 O dulcis hospes cordis, & fofpes pudor.
 Miferanda proles fclera pietatem vocas. (b)³⁷
 Tangis Carybdim, Brevibus impigis ratem,
 Cœlum laceffis; Ditis in fauces ruis.
 Miferor utrumque: quidquid irarum paras,
 O fumme Olympi Rector, in meum cadat (c)³⁸
 Ignobile caput. Sceleris alieni reum
 Me ftatuo: vindex flamma me folum obruat.
 Ignofce geminis fratribus: Vivant mei
 Boëmundus, & Cratillus; & pateat vafer,
 Qui fub decore juvene celatur Sinon. (d)³⁹
Crat. Boëmunde quid repente correptus novo
 Polonus æftu tacuit? En fulgor genas
 Infuetus ambit: Summa vix trepidant labra. (e)⁴⁰
Bo. Attonitus hæreo. Flamma juveniles comas
 Coronat. Aliquo eft Numine afflatus puer.
Sta. Detecta fraus eft ditis. O fclerum artifex,
 O machinator vulnerum, o fraudis faber (f)⁴¹
 Fatere quas hic ore mendaci feris
 Peftes malorum, quodque moliris nefas.
Chac. Aperire fraudes cogor. O femper meis
 Inimica votis Aftra? Perniciem tuus (g)⁴²
 Pudor ut fubiret, antra deferui ftygis.
Sta. Sacer Tonanti mentis eft noftræ pudor.
 Hinc apage fraudum gurges, & purum diem (a)⁴³
 Oris nefandi fpiritu impuro leva.
Chac. Fugio. Polonus Tartaro illufit puer.
Bo. Horrore quatior: membra torpescunt gelu.
 Satne vigilamus frater, an fallax vagam (b)⁴⁴
 Imago mentem ludit? **Crat.** Haud fpectrū fuit
 Vagantis illud mentis. Invaft pavor
 Mea quoque vifcera, vixque fum compos mei.
Bo. Vera eft religio, quam Stanislaus docet.
Crat. Satis hoc probavit hoftris inferni fuga.
Bo. Generofe Juvenis parce, fi errorem ducem
 Secutus, in tua damna perfidiæ lucem
 Efflare volui. **Crat.** Parce fi in fraudem tuum
 Pellere pudorem ftudui iniquis artibus.

Carmen recanto pristinum. **Sta.** Parcet Deus
 Utrique, fi Luterus ex animo effluat.
Bo. Effluxit animo pestis. **Sta.** O faustum diem!
 Quid tū Cratille? Jura Luteri abnuis?
Crat. Abnuo, tuamque pronus amplector fidem.
Sta. Supereft, ut error imbre lacrymarum pio
 Obliteretur. Ergo Cælicolum sacros (c)⁴⁵
 Lares petamus, ante venerandi pedés
 Flaminis ut illic supplici excepti genu
 Rite expietis labis antiquæ notas.

7.3 ACTUS SECUNDUS

7.3.1 SCENA PRIMA.

Phyletes, Gormandus.

Phy. PROhquantus animos regere juveniles labor
 Est vel perito lubricæ ætatis duci!
 Nuper theatra scenica, & scatens jocos, (a)⁴⁶
 Me non probante; Paulus ut vidit forum,
 Excuffit animo palladem, & multam libris,

³⁰(a) Prodit in scenam Chacodæmon sub specie blandi et venusti adolescentis, & suavi cantu, ac mollibus verborum illecebris Stanislaum ad voluptatem conantur impellere.

³¹(b) Duo fratres cantu dæmonis oblectati exultant esse Angelum à Celo delapsum.

³²(c) Detestatur falsum juvenem Stanislaus, ejusque voces esse virulentas & fuadolas docet.

³³(a) Monet duos juvenes, ut caveant ab infidiis fraudulentis Cantoris.

³⁴(b) Redit ad cantus illecebrofos muficus avernalis.

³⁵(c) Boëmundus tartarei veteratoris vocibus blandis affertiens Stanislai pectus emollire conatur.

³⁶(a) Stanislai mira in pudore defendendo constantia.

³⁷(b) Miferatur infelicem duorum Juvenum fortem.

³⁸(c) **corr. ex b NJ!** Pro illis efficaciter orat.

³⁹(d) **corr. ex c NJ!** Inter orandum alienatur à sensibus.

⁴⁰(e) **corr. ex d NJ!** Obstupescunt duo fratres Stanislaum conficcati cœlesti lumine radiantem.

⁴¹(f) **corr. ex e NJ!** Stanislaus post raptum mentis exurgens cognitum Deo revelante patefacit Chocodæmonem*, & cogit eum detegere fraudes, & finem sibi propositum.

⁴²(g) **corr. ex f NJ!** Coactus Chacodæmon aperit suarum fraudum machinamenta.

⁴³(a) Fugatur à Stanislao.

⁴⁴(b) Duo fratres permoti prodigio patefacti fugatique a Stanislao Chacodæmonis à Lutero deficiunt, & fidem catholicam amplectuntur.

⁴⁵(c) Ducuntur in Templum a Stanislao ad illic expiandas criminum fordes.

Dixit salutem. Nulla difcinctum regunt,
 Confilia Juvenem. Fræna non patitur ferox.
Gor Ætatis hæc eft culpa. Nos decet fenes
 Benè temperatæ providus mentis vigor.
 Juvenile non eft regere naturæ impetum.
 Nunquam decorum fructibus tollet caput, (b)⁴⁷
 Nifi ante multa fronde luxuriat nemus,
 Nec prius in agris flava mitefcet ceres,
 Quàm tenera inani gramine redundant fata.
 Sortitur omne proprios ævum gradus. (c)⁴⁸
 Alacritatem in juvene, confilium in fene
 Require. Nemo nafcitur prudens: labor,
 Ufufque naturam expolit: initium rude
 Pretiofa ducunt quæque. Proludit fibi
 Per vitia virtus. Corda fi Pauli rapit
 Fervor Juventæ, Crimine haud peccat fuo.
 Nam quo virentis curfus ætatis vocat,
 Illuc fecundo flumine impellit ratem.
Phy. Cur ergo frater junior viam terit
 Virtutis ? Ævi viridis illi etiam calor (d)⁴⁹
 Per offa ferpit; cæca non tamen regit
 Mentem cupido. Vitia non ætas parit,
 Sed mala voluntas. Juris & recti tenor
 Æquè per omnes graditur æratum vices.
 Puerile nihil animo Stanislai fapit.
 Tentare nondum pedibus audebat folum, (a)⁵⁰
 Per templa cum reptabat, & fandi infcius
 Balbutiebat eloquens Verbum Patris.
 Robuftiore jamque fuccenfus face,
 Ceu cultor horti fedulus, jungit rofis
 Candida liguftri germina, expreffo flagris
 Rigans cruore corporis cafti nives;
 Et feffa duro membra reclinans thoro
 Furatur oculis otium; hinc fupplex pias
 Ad lacrymarum clepfydram fundit preces.
 Sic ille vernos confecrat Cœlo dies.
Gor. Non laudo fructum præcocem Succus citò (b)⁵¹
 Deftituit ea, quæ tempore alieno trahunt
 Maturitatem poma. Qui ætatis fuæ
 Primo fenefcit flore, juvenefcit fenex.
 Nihil etenim natura violentum diù

Patitur; Acerbo potius excufflo jugo,
 Aut falce iniqui ponderis licentior
 Exultat, atque in vitia deterius rui.
Phy. Rem fane acutè difcutis; noſtro tamen
 In juvene potuit facra naturam Charis
 Superare. **Gor.** Sed non perdere. Ad fuum redit
 Natura morem; Seque proſtratam erigit.
 Quid quod ſupernæ Charitos innocuus vapor,
 Et aura ſpirans leniter non opprimit
 Ingenita cordi femina, nec animum trahit
 Ad opera, quæ fint aſpera, & vitam terant.
 Illuſus, atque incautus hæc temere ſubit
 Mala, pertinaci mente dum putat bona,
 Sed vera fint quæ loqueris, ut cedam meo
 De jure, fint divina, fint cœleſtia,
 Humana quæ vix autumo; à nobis quidem
 Pueros regimini traditos noſtro, decet
 Tractari, & aſpici ut homines, non ut Deos,
 Reſque revocare ad regulæ Humanæ modum.
 Tener ergo feria proſequi haud debet puer.
 Non dicta ſcitè aut facta, non ſolertiam
 Senilem in illa ætate ſapientes probant.
 Equidem diferti doctor eloquii vetus,
 Rector juventæ Cæſarum, ac Latiae togæ
 Decus atque lumen Fabius hoc ſcriptum libris
 Reliquit axioma liniendum cedro,
 Minioque: Puerum nolo, qui ſapiat nimis.
 Ego neque Juvenem laudo, qui referat ſenem.
 Proclivitati quiſque famuletur ſuæ,
 Et onere iniquo nemo naturam gravet:
 Quæ nempè, Serius, ocyus prodit faces
 Noſtro latentes corde; Si teneras adhuc
 Prodat, pericli cautus hinc parum timet
 Rerum æſtimator; pabulis auctas novis
 Si proferat, in incendium, & cladem furit
 Adultus ignis, vixque reprimatur furor.
Phy. Adducor ut ita ſentiam. Longus docet (a)⁵²
 Ætatis ordo, velle naturam ſuas
 Explere tandem pectoris cupidines.
Gor. Sapiente digna opinio. Hic tecum diù
 Morarer; at me cura natorum vocat.

7.3.2 SCENA SECUNDA.

Phyletes, Paulus, Stanislaus.

Phy. DAnda feniori eft rebus in dubiis fides.

Ufus magifter optimus vitæ fenes (b)⁵³

Erudiit. Ibo jam Stanislaum petam,

Animumque pueri, fratris ad mores traham;

Sed huc uterque graditur. O factum bene!

Pa. Audi Stanislaë. Quoties vili fago

Te, feu lacerna fordidum offendam rudi, (a)⁵⁴

Noftro indecoram generi inurentem notam;

Condire quoties cinere tentabis dapes,

Humeroſque flagris plectere, & ferro latus,

Tunc te (per aftra juro) non fratris loco

Ducam, fed hoftis. Scilicet mores meos

Tuis reprendi moribus nunquam feram.

Sta. In te quod unquam frater admifi nefas?

Hoſtile quid geſſi, tibi ut habendus loco (b)⁵⁵

Sim perduellis? Dicere haud quaquam potes

Te ſcelere vice vel ſimplici, læſum meo,

Nifi fortè ſcelus eſt animus in fratrem pius.

Namque illa, quæ mihi prohibes, obſtant nihil

Tuis profectò commodis, nec te arguit

Mea vita nulli nocua; Sed forſan tui

Pars melior animi pulſat, & ſtimulis monet;

Occulta cujus monita ne ſpernas cave.

Pa. Tū me ſuperbe corripis ? Peream, nifi (c)⁵⁶

Tibi obſtinatum comprimam plagis caput,

Utcunque libito vivere recuſes meo.

Sta. Dulcia minaris Paaule.*!* Non plagas timet (d)⁵⁷

⁴⁶(a) Incuſat Paulum Phyletes velut indocilem. & effrænum.

⁴⁷(b) Excufat Paulum Gormandus, & conatur oftendere, non eſſe conſentaneam ejus ætati morum feveritatem, & moderationem affectuum.

⁴⁸(c) Diſputat de variis ætatum propenſionibus, & hilaritatem, morumque licentiam propriam juvenum eſſe contendit, proinde Pauli juventuti multa indulgeri oportere.

⁴⁹(d) Opponit Phyletes Pauli moribus vitioſis Stanislai mores rectos, & ex virtute profectos; docetque vitia non eſſe tribuenda ætati. Sed voluntati.

⁵⁰(a) Stanislai virtutes & præclara pietatis opera enarrat

⁵¹(b) Improbatur opera Stanislai Gormandus, quaſ ejus adoleſcentia intempeſtiva. & conatur oftendere periculofum eſſe niti contra naturam.

⁵²(a) Gormandus in ſuam ſententiam Phyletam inducit, eique perſuadet, Stanislai mores ipſius ætati non eſſe opportunos.

Potiora qui fupplicia deliciis habet
 Bifidam fuperni Regis amplexus trabem,
 Minare capiti potius illecebras meo.
 Tormenta fitio. Verbera accendent fitim.
Pa. O pervicacem! damna, quæ fitis, bibes,
 Nifi faniora mente confilia occupes.
Phy. Procul faceffant odia, majori minor
 Pareat. Ubique jura primatus valent.
Sta. Ubi caufa virtutis agitur, nihil valent.
Phy. Affixa virtus temporis, haud homini, venit
 Ad grandiores. Aptus eft ludis puer, (a)⁵⁸
 Queis ille fi fevera præponens, velit
 Sapere alieno tempore, haud fapiet fuo,
 Cum poft, adulti robur acquirit viri.
 Servire difce temporis, & curis grave
 Tandem relaxa pectus Hoftili flagrat
 In fe met odio quifquis ætatis bonum
 Pertæfus, avidos corripit mortis gradus.
 In fata ruere parricidii eft genus:
 Sed parricida cædis alienæ eft Reus;
 Tu te ipfe perimis; quodque deflendum eft magis,
 Ludibria mentis ifta virtutem vocas,
 Crudelitati nomen obtendens pium.
Sta. Tū quoque per amplā ducere interitus viam,
 Vis me Phyleta, & agere tranfverfum paras.
 Quem regere debes, cuique ceu teneri fagax
 Moderator ævi recta fuadebas prius? (b)⁵⁹
 Ab ore nunquam tale confilium tuo
 Prodivit. Unde hic mentis illufæ furor?
 Quis te repente in alterum vertit magus?
 O fragile pectus hominis! O vitream fidem!
 Tibi mea credo corda, qui nunquam tuos
 Deferis alumnos, Chriſte Cælicolum decus.
Pa. Nil miror, ante juſſa fi fprevit mea, (c)⁶⁰
 Qui nec magiftrū patitur Haud poſſum amplius
 Cohibere dextram. **Phy.** Parce verberibus nimis
 Pronus es in iras Paule. redeamus domum, (a)⁶¹
 Ubi noſtra facili vota procedent via.

7.3.3 SCENA TERTIA.

Gormandus, Cratillus, Boëmundus.

Gor. O Fida capita, columen effœti patris
Narrate quo res noſtra verſetur loco. (b)⁶²
Veſtrum ne clauſit rete luctantem feram?
An qualis aper Hercynius effregit plagas
Polonus Hoſpes? Gaudeam, an doleam pater?
Crat. Lætare genitor. Nullus illuxit dies
Felicior nobis. **Bo.** Diem verè aureum (c)⁶³
Natis benignus obtulit Titan tuis.
Gor. O me beatum prole tam fauſta ſenem!
An fortè patriam Juvenis excuffit fidem, (d)⁶⁴
Aut victa faltem corda deliciis dedit?
Bo. Glaciale potius fluctibus tingent caput
Gemini Triones. Ante confundet fuos (e)⁶⁵
Cum fratre currus Cynthia, & noctem dies,
Diemque nox involuet, & Cœlum ruet,
Suosque circum terra vertetur polos,
Quàm patria forti nutet in puero fides,
Aut folidus ullam contrhat** labem pudor.
Gor. Ergo quid inani gaudio me paſcitis?
Dicite, remoto vocis ambiguæ ſono,
Quem glorioſus exitum labor tulit?
Bo. Tulit profectò glorioſum; at non fuit
Is glorioſus. **Gor.** Quid ita ? Vos forſan pudet
Viciffe puerum? **Bo.** Victor eſt noſtri puer;
Victique gloriamur: at fraudis pudet, (a)⁶⁶
In quam pudicum trahere tentavit caput

⁵³(b) Phyletes Gormando ſeductus ſtatuit Stanislao adverſari, eumque ad fratris mores perducere.

⁵⁴(a) Paulus interdicat Stanislao uſum obſoletæ veſtis, & ſalutares animo corporis cruciatus.

⁵⁵(b) Manſueta reſponſio Stanislai cum ſalubri admonitione.

⁵⁶(c) Paulus indigne ferens, ſe admonitum eſſe à fratre juniori minatur ei plagas.

⁵⁷(d) Stanislaus ad verbera, & plagas ſe paratum oftendit.

⁵⁸(a) Phyletes cum Paulo confectiens conatur avertere Stanislauum à nimia morum feveritate, & adducere ad laxiorem vitam.

⁵⁹(b) Miratur Stanislaus mutatam eſſe Phyletæ mentem illumque quaſi à priſti no regendi more degenerem manſuetè reprehendit.

⁶⁰(c) Paulus attollit dexteram ut percutiat Stanislauum.

⁶¹(a) Reprimatur à Phyleta

Vefana noſtræ frontis impudentia.
Crat Intra execrandæ caſtra perfidiæ pudet
 Meruiſſe fœda criminum ſtipendia.
 Benigna fed nos Numinis iuvit manus.
 Lethale nam dum premeret errantes chaos
 Fidei Latinæ mentibus fulſit jubar,
 Quas innovavit. **Gor.** Vos ne Romanam fidem?
Bo. Nos Vaticanæ jura veneramur Patris. (b)⁶⁷
Crat. Illumque Chriſti gerere teſtamur vices.
Gor. Reliquit animus membra: deſtituor miſer
 Vigore, motu, voce: præcluſit dolor.*!* (c)⁶⁸
 Senile guttur: hæſit in venis cruor.
 Quæ monſtra genui, quæve nutriti feras?
 Quod genitor ærumnoſus, illeſtabilis
 Ad lucis auras protuli anguineum genus?
 Ingrata proles hoccine rependis patri (d)⁶⁹
 Pro luce munus ? Scilicet puero ſenex,
 Genitorque fidus hoſpiti infido fui
 Sic poſthabendus, perfida, immanis, ferox,
 Sacrilega proles, unico effundis die
 Famam, parentes, Jura, pietatem, Deum.
 Boëmundæ cur ſic vulneras natus patrem?
 Quò priſca forti fugit ex animo fides?
 Quis te Gygantum ſtravit? o probrum, o nefas!
 Pudet fateri: victus à puero jaces
Bo. Cauſam innovatæ mentis excipias rogo.
 Cum fratre dum tua nuper imperia exequor,
 Stygius repente coluber humani notas (a)⁷⁰
 Mentitus oris, Sarmatam blando petit
 Certamine voluptatis, ac telum vibrat,
 Ad cujus ictum domitor Hectoreus, truces
 Depoſuit iras, cecidit Alcidæ vigor,
 Ramoſa quamvis capita Lærnæi mali,
 Toruumque profligarit erymanthi fuem.
 Stetit ille contra, qualis immotus Leo,
 Inter minores colla cum quatit feras.
 Luctatur Erebo: luce mox auctus nova
 Juvenem revelat ſubdolum, & cogit nigros
 Repetere ditis, fraude patefacta, lacus
 Hoc me coëgit genitor, ut victas darem
 Manus pudori, Veritati, Numini.

Gor. Te quoque Cratille frivola hæc mētis movent
 Ludibria? tibi ne fit etiam vilis pater?
 Vilisque fit Luterus, & vilis Deus?
Crat. Amo parentem, Numen æternum Colo,
 Devoveo Luterum, ut erebi exortum lacu (b)⁷¹
 Borealis oræ pefte deterius malum.
Gor. Removete procul hinc aſpides fœdi gradus.
 Solvite nefandæ fobolis aspectu patrem. (c)⁷²

7.3.4 SCENA QUARTA.

Gormandus, Stanislaus.

Go. OCcidimus heu! deluſa puerili manu
 Ars noſtra periit. Vicit imbellis pudor, (d)⁷³
 Gravidum venenis colchicis vicit Patrem,
 Natofque patris candidatos artium.
 Repulit erynnim fraude grâffantem nova.
 Nil reſtat, omnia movimus, preces, minas,
 Metum, dolorem, verbera, illecebras, dolos.
 Omnia Polonus vicit, & crevit malis,
 Fraudemque noſtram vertit in laudem fuam.
 Quid anime fuggeris? ira quò mentem vocas?
 Olim quietem perdidit, famam, fidem, (a)⁷⁴
 Animam, Salutem, Numinis, & hominū metum.
 Nunc perdo prolem; quodque cor grauius ferit,

⁶²(b) Pater interrogat filios quomodo ſe gefferint erga Stanislaum, & quem finem habuerint eorum conatus.

⁶³(c) Reſpondent filii, fuum cum Stanislao congregum habuiſſe optimum & ſibi fauſtiffimum exitum.

⁶⁴(d) Lætatur eo reſponſo pater, falſò exiſtimans, viciffe filios.

⁶⁵(e) Affrmat Boëmundus, fidem, & pudorem Stanislai vinci non poſſe.

⁶⁶(a) Fatentur apertè duo fratres, ſe victos eſſe à Stanislao, & ab eo perductos ad Catholicam fidem.

⁶⁷(b) Affeverant ſe agnoscere, & venerari Romanum Pontificem, ceu verum Chriſti Vicarium.

⁶⁸(c) Percuſſus eo nuncio Pater Hæreticus, dolet, & indignatur vehementiffimè.

⁶⁹(d) Objurgat filios, velut Patre degeneres, & fuæ fidei defertores.

⁷⁰(a) Cauſam reddit Boëmundus fuæ ad Catholicam fidem conſervationis, hanc autem eſſe dicit repulſas à Stanislao fraudes, & infidias Cachodæmonis juvenili ſpecie perſonati, eumque detectum, & coactum redire ad inferos cum ignominia.

⁷¹(b) Cratilli præclara, & plena pietate reſponſio.

⁷²(c) Contumelioſe, & atrociter dictis ejicit à ſe filios.

Artem docendi perdo. Quid fuades furor?
 An est quod ultra perdere infelix queam?
 Est vita. Pereat, morte fanetur dolor.
 Majora cruciant damna, quàm vivum pati
 Ut me ipse debeam. Renuo terræ gravis,
 Odiofus Aftris vivere, invifus mihi.
 Decreta mors est. Mortis haud confat genus.
 Ferrone vitam finiam, an præceps jugis
 Ad acuta letho faxa Comminuam caput?
 An guttur alta pendulum elidam trabe?
Sta. Quis ille, digitis fata dum librat, necem
 Laceffit ultro? Fronte Gormandum refert. (b)⁷⁵
 Magnū aliquid agitat. Varius in vultu est color.
 Fert odia, metuit, invidet, dolet, furit;
 Gormandus hic est: hominis affatum petam.
Gor. Hic mea dolore pectora exoluet calybs,
 Hic obligatum tartaro reddet caput. (c)⁷⁶
 Scrutare ferrum viscera, cruorem bibe.
 Aude quid hæres dextra? quid trepido gradu
 Refiftis? Aude; lucis invifæ moras
 Abrumpe; Vulnus pectori adverfo imprime.
St. Gormæde quid agis? Quis gravat mentē furor,*!* (a)⁷⁷
Gor: Abfcede peftis: an etiam arbitrium necis
 Vis rapere? nil prohibere moriturum poteft.
Sta. Quæ caufa vitam reddit invifam? **Gor.** Dolor.
Sta. Causam doloris ede. Cum vulnus latet,
 Frufta admovetur cura; cum patet, falus
 Feftinat, aptè medica fi accedat manus.
Gor. Tu mihi doloris caufa maturas necem. (b)⁷⁸
Sta. Me tum nefandi fccleris haud novi reum.
 Neque debeo, neque volo, neque poffum puer
 Nocere cuiquam. **Gor.** Prole tu me orbas ea
 Auctore te, Cratillus in fraudem incidit
 Cum fratre Boëmundo. Tridentinum nefas
 Uterque jam fectatur, & nugis litat,
 Quas ponit inter facra Romulidum genus.
Sta Hæc ergo caufa mortis? hoc fraudem vocas?
 Non rapta, fed nata foboles gemina est tibi, (c)⁷⁹
 Nec illa fraudi ceffit; at fraudem ftygis
 Elufit, execrata perfidiæ luem.
Go. Permite mortem. **Sta.** Pectus opponam meum,

Ut te ruinæ subtraham; hoc ferrum; hanc manū
 Tenebo, & hospes hospiti auxilium feram.
Gor Quæ isthæc in hostem lenitas? quid amas pius
 Præstigiatores impium? Heu fari pudet; (d)⁸⁰
 Tamen fatebor scelera: nam certum est mori.
 Si cognita Stanislæ tibi forent mala, (e)⁸¹
 Quæ infidus hospes in tuum movi caput;
 Meum hoc probares forsitán votum necis.
 Ego, ut pudorem cordis, & patriæ decus
 Tu religionis perderes, natos prius,
 Dein vero gravidum fraude luxuriæ patrem
 Caliginoso Tartari exitum specu
 Sub ore blando perpuli in pestem tuam.
 Recede juvenis: irritum*?* hoc saltem luam
 Nunc morte crimen. **Sta.** Abfit hoc, potius luas
 Fonte lacrymarum crimen. Ah miserum fenem! (a)⁸²
 Quàm malè tenetur hostis implicitus plagis!
 Agnosce tandem subdolum Acherontis fidem
 Gormande: quò te proditor adegit vide.
Gor. Heu video; manibus tango perfidiam ftygis.
Sta. Quid ergo ftygias pronus in fauces ruis?
 Miserare te præcipitem, iniquum, perditum.
 Jamque abige ferrum: sequere natorum viam:
 Dà te Tonanti supplicem, ac tandem tuæ
 Confule salutis. **Gor.** Magna vis scelerum vetat
 Sperare veniam. **Sta** Peffimum est sceleris genus
 Spem perdere salutis. Scelera quæque obruit
 Nostri facilitas Regis, hunc placat liquor
 Expressus oculis. Ingemit quoties reus,
 Toties Tonantis fulmina extorquet manu.
Gor. Vivam. Tuo me dirigi arbitrio finam (b)⁸³
 O dulce vitæ fydus, o nostræ domus
 Tutela felix. Duc age errantem fenem
 Quo limite placet. **Sta.** Limite salutis regam.
 Succede tectis, meque comitantem præi.
Gor. Me miserum, Averni quàm propè attigeram lacus!

7.3.5 SCENA QUINTA.

Boëmundus, Cratillus.

Bo. GRatemur Aftris frater. En pleno beat
Nos pacis ubere prodigus amoris Deus .
Sub architecto fclerum, & errorum duce (a)⁸⁴
Lutero, & ipfi dediti imperio patris,
Horrefco memorans, ferream ætatem diù,
Malè feriat duximus, tandem aureum
Miferos revifit tempus. O felix dies,
Signanda & albo lapide, qua primùm minor
Polonus intra hæc limina immifit pedes:

Crat. Cumulum recenti gaudio demit recens
Timor imminentis cladis Haud fatis liquet (b)⁸⁵
Quò fe parentis vertat infanus furor.
Minus timerem quos movet parens metus
Si mihi timerem. Timeo, ne Carum caput
Hofpitis amici fraude genitoris cadat.

Bo. Ne metue. Cari capitis in tuto falus
Mox erit. Amicus hofpes è noftro efferet, (c)⁸⁶
Tellure profugus Norica, hofpitio pedem.
Salubrioris luce mutabit foli
Viennenfe Cœlum. **Crat.** Repetet an patrios lares?
Bo. Non; Sed Latino tecta Chriftiadum Patri
Regnata petet **Cra** Expone quis mentē impetus

⁷³(d) Gormandus videns, nil fibi profuiffe artes magicas atq; indigniffimè ferens se victum à Stanislao, & fuos omnes conatus elufos, in furias agitur.

⁷⁴(a) Doloris atque iracundię impotens ftatuit mortem sibi confciscere.

⁷⁵(b) Superveniens Stanislaus animadvertit, Gormandum turbulentis animi motibus agitari.

⁷⁶(c) Decernit Gormandus pugionem in pectus adigere, & fuam dextram hortatur, ut id facinus audeat.

⁷⁷(a) Reprimitur à Stanislao.

⁷⁸(b) Edit Gormandus caufam doloris ipfum adigentis ad necem fibi inferendam, & hanc effe ait ipfum Stanislau eo, quod fuos filios ad Romanam fidem traduxerit

⁷⁹(c) Oftendit Stanislaus, filiorum ejus converfionem debere illi effe potius caufam letitię quàm doloris, & mortis.

⁸⁰(d) Benignitate, & manfuetudine Stanislai incipit deliniri Gormandus.

⁸¹(e) Fatetur quid contra cum fuerit machinatus, & quo modo ad evertendam ejus religionem, & caftimoniam filios prius, deinde Cachodemonem voluptatis inftinctorem impulerit.

⁸²(a) Hortatur eum ad pœnitentiam Stanislaus.

⁸³(b) Resipifcit omnino Gormandus, & Stanislai arbitrio fe permittit.

Ad tam remota Regna juvenilem rapit ? (d)⁸⁷
 Alio calentes Sole cur tentat plagas ?
Bo. Speciosa decora nuper in lucem tulit, (e)⁸⁸
 Satum fuperno femine virorum genus,
 Nobile Secutum Cantabri aufpiciū Ducis (f)⁸⁹
 Jefu verendum nomen in fignis volat
 Fatalis Erebo gentis, Unanimes movet
 Confimilis acies cura. Stat mundi arduos
 Luftrare fines, pondere ut fclerum gravi
 Soluta tellus Ditis excutiat jugum.
 Generofa nullis parcit ærumnis cohors,
 Ut Vaticanæ legis ad normam reum
 Conformet Orbem. Jurat in Latium caput,
 Quo fulta, diræ caſtra perfidiæ quatit.
 Fons Roma generis auream pubem ferit
 Spem gloriofæ gentis, & Cœlo facram
 Pietatis, atque Palladis lacte imbuit,
 Repletque vaſtos prole numeroſa finus
 Utriufque mundi: vixque telluris manet
 Abdita, remota, torrida, aut rigens plaga,
 Aperta quò non mille per difcrimina
 Penetrarit alacer Impigræ Gentis labor.
 Huic fua facrare corda militiæ flagrat (a)⁹⁰
 Pudicus hoſpes. Ergo quam primùm folium
 Viennenſe linquet, Latia, quæ mordet Tybris
 Aditurus arua: Scilicet fratris furor
 Hic effe voti compotem puerum vetat.
Cra Felix Quiritum Regio, quę tantum hoſpitem.*!*
 Gremio fovebis. Norica hæc tellus gemat
 Viduanda juvenū Sole. Quis prohibet pium
 Nos æmulari facinus, & patrios Lares (b)⁹¹
 Mutare Chrifti fedibus? Mundus perit,
 Pereuntque Mundi Gaudia. Sequamur bonum.
 Quod nullus Imber, nulla confumit dies (c)⁹²
 Ad Aftra, ad Aftra Frater. En docet viam
 Polonus: Aftra præpete petamus gradu.
Bo. Imitarer hoc exemplar, & veſtigia (a)⁹³
 Pueri virilis fequerer; at nondum viget
 Matura virtus. Iſta fed melius domi
 Difcutere libeat. **Crat.** Cępta fortunet Deus.

7.4 ACTUS TERTIUS

7.4.1 SCENA PRIMA.

Stanislaus, Nicander Stanislai conscientiae Moderator.

Sta. M**Od**erator animi fide, cui patent mei (b)⁹⁴
Arcana cordis, quique lustrali eluis
Murmure potentis Imperi informes notas,
Quæ nostro inhærent pectore, arbitrium necis
Vitæque gestans, auribus amicis bibe,
Quæ dicere paro, meque confilio rege.
Nic Exprope quidquid mente generosa foves
Magnanime juvenis. Pectus affuetum gero (c)⁹⁵
Tua venerari vota. Nil unquam leve,
Vulgare nihil est ore prolatum tuo.
Meditaris usque grandia, & præstas viris,
Maturiorque senibus incedis puer.
Sta Me laude nulla dignor; at si quid tamen
In me probatur, animus officii memor
Par est, amor ut referat acceptum tuo.
Audi quid agito mente. Jam dudum meo
Est vilis animo Mundus, & mundi nitor. (d)⁹⁶
Innumera namque vitia tellurem premunt.
Hinc factus animi, turgidum quaffans caput
Factus minores calcit. Hinc tetram vomit (e)⁹⁷
Saniam veneni livor, & rodit fuos
Jejunus artus. Acuit hic enses furor,

⁸⁴(a) Exprimit Boëmundus fingulare Beneficium utrique fratrum collatum à Deo in iis traducendis opera Stanislai ad Catholicam fidem.

⁸⁵(b) Ostendit Cratillus se ab irato ipsorum patre metuere Stanislaio periculum, & perniciem

⁸⁶(c) Eximit eum fratri timorem Boemundus narrando, in proximo esse Stanislai discessum ex ea regione, & profectionem in Italiam, & Urbem Romam.

⁸⁷(d) Siscitatur!* Cratillus causam ejus propinqui discessus.

⁸⁸(e) Religiosus ordo Societatis Jesu luculenter à Boëmundo describitur

⁸⁹(f) Nomine Centabri!* Ducis intelligit S. Ignatium de Loiola Societatis Jesu Fundatorem.

⁹⁰(a) Narrat Stanislai Propositum eam Societatem ingrediendi, & ad hunc finem propediem Romam eundi.

⁹¹(b) Hortatur fratrem ad relinquendas mundi vanitates, & Stanislai vestigiis inhærendum.

⁹²(c) Boëmundi modesta responsio.

⁹³(a) Describitur sacrae confessionis auditor, & absolutio sacramentalis.

Seritque bella, cœde resperfus manus.
 Quid damna referam, sacra quæ terris fames
 Invexit auri, & fordida ac semper lucris
 Inhians cupido? puppis ignoto prius,
 Et quod latebat melius, infultat falo,
 Speciosa colli vincula ut gemmas legat.
 Terræ petuntur viscera, & ferrum nocens,
 Aurumque ferro quæritur Nocentius.
 Hoc fonte derivata bellorum Seges
 Nunquam expiandis cædibus texit folum.
 In telo ferrum vertitur, Marti facem
 Dum subdit aurum. Pejus exoritur malum
 A peste blanda, quam voluptatem vocat
 Delusa gens. Hæc fœda morborum parens,
 Decorum Charybdis dira, virtutum rogos,
 Syrtis pudoris quodlibet inausum nefas.
 Audet, nec ulli parcat ætati; Senes,
 Juvenesque facibus impetit. Nusquam falus,
 Nisi fugiatur hostis. Heu scelerum pudet.
 Ruit omnis in deterius ætatum gradus,
 Moresque castos longa comminuit dies.
 Ætas parentum degener ab avis tulit
 Nos nequiores. Sæculo urgemur gravi.
Nic. Non temporum hæc est culpa: perpetuus tenor
 Mortalis hic est fœbolis, & semper sibi (a)⁹⁸
 In scelere tantum constat inconstans genus:
 Tamen est vel inter vitia virtuti locus.
Sta. Sed iste lubricus. Integræ mentis decus
 Alere tot inter crimina est æquè arduum, (b)⁹⁹
 Ac mille laqueos premere inoffenso pede.
Nic. Sic est. Periculis mille multiplici patet (c)¹⁰⁰
 Obseffa virtus scelere: nec tutum reor
 Tentare cæcis plena vorticibus vada,
 Cineri & dolo premere suppositas faces.
 Pretiosa scilicet animi in tuto Salus
 Est collocanda. Quisquis ancipiti loco
 Hanc Fidit, ipsi facillè perniciem creat.
Sta Quod rogo perenni idoneum in primis putas (a)¹⁰¹
 Animi salutis, & affatim laudum ferax
 Genus esse vitæ, quemvè præcipuè statum
 Ampla meritorum consequi in terris lucra?

Nic. Oppidò beatus ille, qui fluxas opes, (b)¹⁰²
 Ut prisca gens Chrifiadum, & infauftum bonum
 Fugacis ævi ftrenuo calcans pede
 Caftris pudoris militat Cœlo Sacer,
 Metuendus Erebo. Cæca non illum trahit
 Animi cupido, mentis haud inflat tumor,
 Nec fpes, metufque torquet, aut flatus levis
 Popularis auræ tollit; at regit fides,
 Et facra pascit ubere benigno charis,
 Regiaque tandem ducit in Cœlum via.
Sta. Hoc agitat animus: Caftra me Crucis vocant.
 Quæ Dux locavit Cantaber, nomen trahens (c)¹⁰³
 Ab igne. Congruenter à Jefu tamen
 Sumptum, falutem ritè quod hominum fonat.
 Semper adorando nomine hic heros pio, (d)¹⁰⁴
 Quem peperit ipfe, cætui, nomen dedit,
 Hujus operam animis fore falutarem fcienſ.
 Hunc eligo cætum. Sacramentum placet
 Dicere ſub aufpice Jefu, & optatæ ingredi
 Sedem quietis. Ergo Romanas iter
 Quamprimum ad arces dirigam, ut patria procul
 Tellure, Mundo moriar, & vivam Deo,
 Veneranda ſubiens jura Gandenſis Ducis.
Nic. I quò pudice flamma te mentis rapit
 Virtute macte juvenis. Ad Crucem vola: (a)¹⁰⁵
 Non te morabor. Sequere felicem impetum.
 Tuam profectò valida pietatem decent
 Ejus catervæ Caftra, quæ à Jefu ſacro
 Gaudet vocari nomine. Huic addes novum
 Decus atque robur. Interim à fida manu
 Cape munus hoc amoris. Hunc adhibe viæ
 Comitem ducemq; Flabro ſi boreæ fremant (b)¹⁰⁶
 Erit hic benignus ignis; at ſi Æſteus flagret
 Erit aura lenis. **Sta.** Munus hoc ſemper meo
 Hærebit in corde. Lateri hæc ſeſo dabit (c)¹⁰⁷
 Umbram Hoſpitalem platanus, hoc fructu famem
 Solabor, ex itinere collectam fitim
 Hoc fonte fallam: Baculus hic dubios reget
 Greffus. Itineris Aftra ſi finem dabunt,
 Erit hic viator: Aftra ſi finem negant,
 Erit hic viaticum. Sed huc Paulus venit.

Secede: Fratri liceat extremum vale
Dicere. **Nic.** Benigna te regat Chriffti manus.

7.4.2 SCENA SECUNDA.

Paulus; Stanislaus.

Pa. Quid ifte folus agitat? An quærit mea
Temerare rurfus gaudia? O durum caput
Quas hic remotis arbitris curas coquis?
Sta. Hæc aure quæſo verba patienti excipe. (d)¹⁰⁸
Pa. Eloquere. **Sta.** Novi facilè jam pridem tibi
Me non probari, teque non æquo meum
Confortium animo ferre. Jam ergo Noricas
Mutare fedes liceat, & alio plagas
Petere tepentes fydere. Arbitrium tuum
Accedat, oro, frater Optatis meis.
Pa. Abſcede, propera, corripe hinc procul gradus,
Abi vel extra mundum, ubi penitus mea (a)¹⁰⁹
Latere poſſis lumina: id cupio, id volo,
Id poſco Numen. Amove hinc pedem ocyus
Nondum recedis? **Sta.** Frater ęternum vale.

⁹⁴(b) Laudatur à Nicandro Stanislaus.

⁹⁵(c) Stanislaus indignum ſe laudibus putans ſubmiſſe fimul, & officioſè ireſpondet*!*

⁹⁶(d) Exponit Nicandro quid animo voluat; & quàm ipſi ſordeat Mundus, oftendit

⁹⁷(e) Enumerat, & deſcribit vitia quibus Orbis terrarum abundat.

⁹⁸(a) Reſpondet Nicander, poſſe etiam inter vitia fervari virtutem.

⁹⁹(b) Subjicit Stanislaus, id eſſe valdè difficilè, & mentis integritatem non eſſe tot periculis objiciendam.

¹⁰⁰(c) Adhæret Stanislai Sententiæ Nicander, eamque confirmat.

¹⁰¹(a) Petit à Nicandro Stanislaus quem ſtatum maximè idoneum cenſeat ad ſalutem animi in tuto collocandam, & multa merita confequenda.

¹⁰²(b) Deſcribitur ſtatus feliciffimus hominis, qui contemptis terreſtribus bonis ad Cœleftia ſemper aſpiret, & Deo viriliter ſerviat.

¹⁰³(c) Exponit Stanislaus ſuum deſiderium, & propoſitum ingrediendi Societatem*!*

Jefu.
¹⁰⁴(d) Cauſam aperit cur S. Ignatius ordini religioſo a ſe inſtituto Societatis Jefu nomen indiderit.

¹⁰⁵(a) Confirmatur à Nicandro in eo propoſito Stanislaus, & incitatur ad id alacriter exequendum.

¹⁰⁶(b) Donat illi Nicander velut ſuæ benevolentiae pignus fimulacrum Chriffti cruci affixi

¹⁰⁷(c) Stanislai affectus erga id fimulacrum.

¹⁰⁸(d) Stanislaus veniam diſcedendi blandè petit à Fratre.

¹⁰⁹(a) Veniam fugę largitur Paulus & iratus urget diſceſſum.

7.4.3 SCENA TERTIA.

Paulus, Phyletes.

Pa. BEne eft; peractum eft: abiit, exceffit; mea
Cumulavit hodiè vota. Cur tamen genas
Injuffus irrigat imber, & mentem dolor (b)¹¹⁰
Percellit improvifus ? Heu facti pudet,
Iramque vis exorta pietatis fugat.
Relabor impius hoftis in fratrem pium.
Nimis impotenti mente primatum gero.
Mitem, innocentem reppuli immitis, nocens:
Germanitatis jura violavi ferox.
Non fic haberem vile mancipii caput,
Ut fratris habui. Muto jam factum: fugam
Fratris morabor. Maneat, & mecum dies
Ducat Serenos. Norico haud unquam folo
Abire fine me perferam partem mei.
Sed huc Phyletes properat. Aspectus viri,
Ni fallor, ardet. Aliquid adverfum indicat.
Quid huc Phyleta concitos fundis gradus?
Satinne*!* Salvæ? **Phyl.** Tuus in exitium ruit
Fratr, fuique contrahit fati viam.
Soli eft cruentus hoftis, & lictor fibi:
Reperi hæc propinquæ cædis indicia, flagrum
Madidum recenti fanguine, & zonam undique
Aculeata cuspide rigentem. Hoc latus (a)¹¹¹
Cingit, oditque baltheo in pœnas fuas
Acutus; at hoc membra depalcit flagro.
Floremque vitæ demetit: Nulla impetum
Frænare ratio mentis indomitæ poteft.
Pa. Pietas rebellat: æftus irarum redit; (b)¹¹²
Hoftemque rurfus, fratre depulfo, induo.
Cedò necis inftrumenta. Sic fcindo meam
A fratre mentem. Pereat hoc pœnæ genus,
Quod ilia populatur: at pœnas luat,
Quas irrogare corpori affuevis flagrum.
Cafta lacerare membra quo folet modo,
Laceretur, & in frufta difciffum cadat.
Phy. Laudo furorem. Perge; fraternas manus
A cæde reprime; juvenem inimicum fuæ
Felicitati prohibe ab interitu: preces,

Promiffa, lachrymæ, dona proficient nihil.
 Vim vi repelle. **Pa.** Sed ille minitatur fugam,
 Quam ne capeffat vereor. Æternum vale
 Mihi dixit **Phy**: Heu quid audio? dolorem patris
 Lenire nunquam potero, fi fugiat puer. (c)¹¹³
 Amoliamur omne confilium fugæ.
Pa. Properemus ergo. Periculum est hîc in mora.

7.4.4 SCENA QUARTA.

Stanislaus.

SUperba Regna Norici, auguftum folum (d)¹¹⁴
 Nullo latus comitante, fugitivus puer
 Tandem relinquo, pacis ingredior viam,
 Quæ me ad Quirini fiftet optatos lares.
 Fugio fugacis temporis munus breve,
 Incerta mundi Gaudia, & certos dolos,
 Fœcunda culpæ Secla, Circeas dapes.
 Pervia Draconi poma, Tantaleam fitim
 Tu mihi viarum dirige ignaros pedes (a)¹¹⁵
 Bilgenita proles, mente quæ Patris fluis
 Amore gravida. Tuque tergemini potens
 Regina mundi, cujus in vultu gravis (b)¹¹⁶
 Tonantis ira detonat, avita lue
 Afflata nunquam Virgo. Si matrem meam
 Te nuncupavi rite, da facilem viam,
 Duc obfequentes quò vocas Mater gradus.
 Amore quid me patria nequidquam tenes
 Vinctum? recede. Mater in Cœlum vocat.
 Sequor, fequor: valete fraterni lares;
 Tellus paterna vale. Stanislaum manet
 Melior in Orbe patria, & melior parens,
 Meliorque frater. Tuta me fedes manet
 Solidæ quietis Urbe, quam Summus regit
 Claviger Olympi, & Martyrum rigat cruor.

¹¹⁰(b) Varios animi motus in Stanislaum Paulus expertus duritiem erga illum fuam damnât.

¹¹¹(a) Arma afflicto corpori à Stanislao adhibita prodit Philetas Fratri

¹¹²(b) Redit Paulus ad veteres iras, & illa dolorum instrumenta difcerpit.

¹¹³(c) Initum à Stanislao fugæ confilium intercipere ftatuunt.

Ibo, Ibo quàm Septena protendit juga
 Urbs illa Divum lipfanis plusquam Ducum
 Veterum triumphis inclyta. Excipiet finu
 Ibi me benigno parva Tyronum domus,
 Addetque alumnis, lacte quos fovens pio
 Ad opera format grandia, & rigidis probat
 Non rigida rebus. Inde post cursum brevem
 Labentis ævi Regna Cœlicolum petam.
 Sed Heu repente dira quæ species ferit
 Mea lumina? Quis in frustra delicias meas,
 Meosque amores impia scidit manus?
 Agnosco cara militaris Cinguli
 Segmenta, mea quo latera præcinxit pudor,
 Cœloque consecravit; Agnosco flagrum,
 Quo ratio fubigit membra, ne carnis vigor
 Animo rebellet. Quidquid ex illo est super
 Scrutabor ore: Colligam laceras opes
 Dulces reliquiæ, pectoris amantis pia
 Monumenta, torques aurei, fatellites
 Mentis pudicæ, Scelerum acerbi indices
 Mecum ite mecum. Jungere hos comites libet.

7.4.5 SCENA QUINTA.

Gormandus , Boëmundus, Cratillus.

Gor. REdivina*!* proles ora redivivi Patris (a)¹¹⁷
 Suspice, renati dirige incessum lenis,
 Qui malè tot annos perdidit, & recens novam
 Infituo vitam. Vivere incipio miser,
 Cum vita languet: Ultimos ævi dies
 Numerare primos cogor: ætatem ordior
 Iam funeri maturus: exacto nihil
 Vixisse prodest tempore: Superior fuit
 Mea vita scelus. Heu quàm malè excideram mihi!
Bo. Memorare cessa genitor exactos dies,
 Perfidia quos absumpsit. Haud restat brevis
 Tibi vita, si nunc vivere incipias Deo.

¹¹⁴(d) Fugientis affectus.

¹¹⁵(a) Opem fuga, & præfidium à Divino Verbo sibi præcatur.

¹¹⁶(b) Deiparam quoque conciliare votis tuis*!* ftudet.

Æternitatem quod parit longum puta.
Crat. Satis est superque curfus annorum brevis,
 Peritura nunquam gaudia, perennes dies
 Ut affequare. Crimen elapsum potest
 Stimulus amoris esse. Scit ferrum rude
 Virtus in aurum vertere, & ab ipsa eruit,
 Labe medicinam **Gor.** Criminum poenas adhuc
 Nullas recepi. Timeo, ne vindex manus
 Tonantis, in me fulmine trifurco irruat;
 Quamquam ò! Tonantis fulmine indignum reor
 Infame caput hoc. Poena me vilis premit
Bo Timor iste frustra est. Mitis ex equo est Deus
 Cum punit, & cum parcat. Est potentior
 Quacumque poena pectoris amantis dolor.
 Peccasse quem penituit, excussit scelus.
 Hæc faustus hospes dicere haud raro solet.
Gor. Ubi est salutis dulcis affertor meæ?
Bo. Divina juvenem fertile ad Latii solum,
 Urbemque Sacram Romuli rapit Charis.
 Ibi veteranus castra tyronum colet
 Miles pudoris militum, & curis procul
 Ducit Serenos pacis in gremio dies.
 Sed ecce tectis Paulus exportat pedem
 Similis furenti. Quid manu Schædam gerit?

7.4.6 SCENA SESTA.

Paulus, Boemundus, Cratillus, Gormandus.

Pa. PROperate comites; juvenis audacis fugam
 Inhibete mecum. Si quid hospitii valet
 Nomen verendum, si quam quos urget fides,
 Mei reprimite fratris effrenos gradus.
 Præcipitis index comperi hoc folium fugæ.
 Hanc ille nostro paginam liquit thoro.
Bo. Egone ut amici facinus oppugnem pium,
 Et Religionis nuper acceptæ immemor
 Pro fingulari munere rependam Scelus?

^{117(a)} Aperit natis genitor fulceptam à se faniorem mentem, Vitamque anteactam execratur.

Teutonica potius arua cæruleus Tybris
 Lavet, & profundum Roma Danubium bib't,
 Quàm mea pudicum peccet in juvenem fides,
 A quo nefando nuper ereptus jugo
 Luteri, & alma luce perfusus vagos
 Intra Salutis orbitam immifi gradus.
Pa. Tene o Sodalis virulentis faucibus
 Luteridos Hydræ frater eripuit meus?
Bo. Eripuit, & fervavit. **Crat.** Illuxit Sacrum
 Mihi quoque fidei per Stanislaum jubar.
 Ille mea ftygio corda subtraxit duci.
Pa. Divine juvenis! Frater heu frustra innocens
 Proh quantus es, quàm fortis in puero Gygas!
Gor. Quicumque fratris robur invictum tui
 Non penitus obftupescit, in me lumina
 Defigat avidus. Ego venenatis dolis
 Tumidus, & arte Colchica in pueri caput
 Acheronta movi. Vicit Acherontem puer
 Intrepidus; & me scelere perculsum gravi,
 In mea ruentem funera, in ftygios lacus,
 Fera provocantem fata restituit mihi,
 Cœloque peperit. Jamque Luteri horridam
 Detestor, auctus mente meliori, Luem.
Pa. Nunc omnis in me vindicis Olympi ruat
 Frigor. Tonantis ira quid fegnis jaces?
 Quin vile caput hoc turbine infesto petis?
 Preme, percutite, Feri; Non potest in me tuum
 Errare fulmen. Fratris hic pestem vides.
 Egomet pudicum, fobrium, mitem, pium
 Superis amicum, luce perfusum sacra,
 Intaminatum labe, prodigiis gravem
 Immitis, excors, durus, implacabilis
 Fratrem Tyrannus expuli. Affultus meos,
 Meos furores fugit. Heu quæ nunc vagus
 Deferta luftras loca peregrino pede?
 Ubi frater erras? forfan immanis fera
 Tuo cruore lufit. O luctus patris!
 O civium spes irrita! O matris dolor!
 O lux abacta patriæ! o fratris scelus!
Crat. Fletus inanes amove, ac potius tuo
 Gratare fratri, vota qui cordi tenet.

Non ille te, sed gravibus effugit malis
Mundum scatentem. Roma terrarum caput
Juveni viarum est meta; nec honorum fame
Stimulatus arces ille Romuleas petit;
Sed amoris actus flamine. Ibi sacros colet
Jesu penates Cantabri miles Ducis.
Pa. Si vota cordis obtines frater, licet
Tibi gratulari jure. Tu Cælum rapis,
Terram reliquis mihi; Sed affectus meos
Ipse quoque ad Aftra transferam. Tecum juva
Sociare corda. Tendere in Cælum juvat.
Gor. Portenta rerum mira! Perfidiam in fidem,
Odium in amorem Numinis mutat manus.
Hospitia fubeunt nostra concordi gradu
Religio, Pietas, Pax, Fides, Pudor, Salus.
Nos ergo tot cælestibus ovantes bonis
Festo colamus prosperum plaufu Diem,

FINIS.